

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. Vtrum remaneat forma substantialis panis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

erat idem numero, hy-
potaxis existentia &
materia, non aut for-
ma, quia forma cada-
veris genita in mor-
te Christi dabat tunc
esse corporeum. Et hoc
est p̄ illi confessione;
immo secundū illius
principia necessariū,
qua corporis unī
et generatio alteri;
nec minus exercita-
tis in philosophia ab
futuris uiidentur po-
neat formam cadare
in corpore Christi
& faciat absurdū
euidenter debet, qd
sicut Christi mortui
non erant oculi nisi
zōmōes, & sic de a-
liis membris similib.
non dederat sequi-
dem ipso Salvatorem
notum apud p̄ne-
trantes, quod digna-
tis et mori, & ut
quā al resurrectionē

sed CONTRA est, quod f. Aug.
dicit in li. ien. Prosp. Nos in spe
cie panis & uini, quam uidentur,
res inuisibilis, id est catherin, & sa-
guinem, honoramus.

RESPON. Dicendum, quod
sensu appetit, facta consecratio-
ne, omnia accidentia panis & ui-
ni remanere: quod quidem ratio-
nabiliter per diuinam prouiden-
tiā sit. Primo quidem, quia nō
est consuetum hominibus, sed
horribile carnem hominis come-
dere, & sanguinem bibere. & iō
proponuntur nobis caro, & san-
guis Christi sumenda sub specie-
bus illorum, quē frequentius in
usu hominis ueniunt, scilicet
panis & uini. Secundo, ne hoc sac-
ramētum ab infidelibus irridea-
tur, si sub specie propria Domini
nūstrū māducemus. Tertiō, ut dum inuisibiliter corp⁹ &
sanguinem Domini nostri sumi-
mus, hoc proficiat ad meritum fi-
dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd
sicut dicitur in li. f. de causis, effe-
ctus plus dependet a causa prima
quam a causa secunda: & ideo uir-
tute Dei, qui est causa prima om-
nium, fieri potest, ut remaneant
posteriora, prioribus sublati.

AD SECUNDVM Dicendum,
quod in hoc sacramēto nulla est
deceptione: sunt enim ibi secundū
rei ueritatem accidentia, quē sen-
sus diuidicantur intellectus au-
tem, cuius est propriū obiectū a
substantia (ut dicitur in tertio de
anima f.) per fidem a deceptione
p̄sueatur. & sic patet respon-
sio ad tertium.

Nam fides non est contra sensum, sed est de eo, ad qd sensus nō
attingit.

AD QUARTVM dicendum, quod
ut in principio huius operis di-
ctum est. † Sed ratio nostra hēt
ortum a sensu. ergo fides nostra
non deberet esse contra sensum: est
autem contra sensum, dum sensus
iudicat esse panem, & fides
credit esse substantiam corporis
Christi. non ergo hoc est conue-
niens huic sacramēto, quod ac-
cidentia panis subiecta sensibus
maneat, & substantia panis non
maneat.

¶ 4 Prat. Illud, quod manet con-
uerione facta, uidetur esse subiectum
mutationis. si ergo accide-
ntia panis manent conuerione fa-
cta, uidetur quod ipsa accidentia
sunt conuerisionis subiectum: qd
est impossibile: nō accidentis non
est accidentis. non ergo in hoc sac-
ramento debent remanere acci-
dentiā panis, & uini.

¶ 5 Prat. Forma corporis Christi
est anima: dicitur enim in secun-
dū de anima, † quod anima est ac-
cidentia corporis physici, potentia ui-
tam habentis: sed nō potest di-
ci, quod forma substancialis pa-
nis conuertatur in animam. ergo
videtur quod remaneat facta con-
secratio.

¶ 6 Prat. Propria opero rei sequi-
tū formam substancialē eius: sed illud,
quod remaneat hoc sa-
cramētū, nutrit, & omnem ope-
rationem facit, quam saceret pa-
nis existens. ergo forma substancialis
panis remaneat in hoc sacra-
mento facta consecratio.

SED CONTRA. Forma sub-
stantialis panis est de substanciali pa-
nis: sed substancialis panis conuer-
tit in corpus Christi, sicut dictum est. * ergo forma substancialis
panis non manet.

RESPON. Dicendum, qd quidam
posuerunt, qd facta consecratio
non solū remanent accidentia pa-
nis, sed et̄ forma substancialis eius. Sed hoc effe non p̄t. Primo quidem, qd si forma substancialis panis
remaneret, nihil de pane conuerteret in corpus Chri, nisi sola mate-
ria, & ita sequeretur quod nō co-
uerteret in corpus Chri totū, sed

in eius materia, qd repugnat for-
ma sacri, qua d̄, hoc est corpus
meū. Secundū, qd si forma substancialis
panis remaneret, aut remane-
ret in materia, aut a materia sepa-
rata. Primū aut̄ effe nō p̄t, quia si
remaneret in materia panis, tūc tota
substantia panis remaneret, qd
est contra prædicta. † In alia autē
materia remanere non posset, qd
propria forma non est nisi in pro-
pria materia. si autē remaneret a
materia separata, iam esset forma

manēs semper idem
numero, per quācī
que formā conti-
nuatur: quia semper
remanet non solum
eadem materia, sed
eadem hypothēsis, &
quod plus est, idem
esse, nam noua for-
ma nō dedit nouum
esse, sicut nec continuat
nouam hypothēsi.

D. 576.
Ar. 4. huius
q. ad 1. sc. 2.

mirabilia, sunt tamē
uera singulariter in
Christo, & properea
corpus Christi in tri-
duo propriè diuer-
sūt, & dicitur 1. 1. q. 1.
2. 1. 1. q. 3. & d.
12. q. 3. art. 1.
q. 3. cor. 2.
q. 1. q. 3. art. 5.
2. 3. & l. c. 2.
11. l. c. 4. h.
Art. p̄ced.

Inf. q. 77. art.
1. 8. 6. & 10. &
4. dif. 1. 1. q. 1.
2. 1. 1. q. 3. & d.
12. q. 3. art. 1.
q. 3. cor. 2.
q. 1. q. 3. art. 5.
2. 3. & l. c. 2.
11. l. c. 4. h.
Art. p̄ced.

Lib. 2. tex. 2.
& 6. 10. 2.

Ar. 2. & q. hu-
i. 2.

Ar. 8. huius q.

Tertia 8. Thome. HH 5 intelligi.

QV AEST. LXXV.

art. pice. intelligibilis actu, & etiam intelligens: nam omnes
formæ a materia separatae, sunt tales. Tertiò esset in
conveniens huic sacramento: nam accidentia panis
in hoc sacramento remanent, ut sub eis videatur
corpus Christi: non autem sub propria specie, sicut
supra dictum est. Et ideo dicendum est, quod for-
ma substantialis panis non remanet.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ nihil prohibetur arte fieri aliquid, cuius forma non est accidentis, sed forma substantialis; sicut arte possunt producť ranas & serpentes: talem enim formam non producit ars uitrute propria sed uitrute naturalium principiorum. Et hoc modo producit formam substantialē panis, uitrute ignis decoquentis materiam ex

D.577. farina, & aqua confectionem. **A D S E C V N D V M**. Dicendum, quod anima est forma corporis, dans ei totum ordinem esse perfecti, esse, & esse corporeum, & esse animatum, & sic de aliis: conuertitur igitur forma panis in formam corporis Christi, secundum quod dat esse corporum, non autem secundum quod dat esse animatum tali anima.

A D T E R T I V M dicendū, q̄ operationum pā-
nis, quædam consequuntur ipsum ratione acciden-
tiū in, sicut immutare sensum, & tales operationes
inueniuntur in speciebus pānis post consecrationē,
propter ipsa accidentia, quæ remanent: quedam au-
tem operationes consequuntur pānem, uel ratione
materiæ, sicut quod conuertatur in aliiquid, uel ra-
tione formæ substantialis, sicut est operatio confe-
quens speciem eius, puta quod confirmat cor homi-
nis. Et tales operationes inueniuntur in hoc sacra-
mento: non propter formam uel materiam quæ re-
maneat: sed quia miraculoſe conseruntur ipsiſ acci-
dentiibus, ut infra dicetur.

ARTICVLVS VI.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videatur, quod ista
cōuersio non sit in instanti, sed sit successiva.
In hac enim conuersione prius est substantia panis,
& postea substantia corporis Christi. non ergo utrū
que est in eodem instanti, sed in duobus instatibus
sed inter quilibet duo instantia est tempus medius.
ergo oportet quod hæc conuersio sit secundum
successiōēm temporis, quod est inter ultimum in-
stantis quo est ibi panis, & primum instantis, quo est
ibi corpus Christi.

¶ 3 Pr̄t.* Amb. dicit in lib. de sacr. quod istud sacramentum, Chri sermone confitetur: sed sermo Chri successus p̄fertur ergo hec cōversio fī si cōfessi

SED CONTRA est, quod hæc conuersio perficitur
virtute infinita cuius est subito operari.

RESPO. Dicendum, quod aliqua mutatio est in instantia triplici ratione: una quidem ex parte

tanca triplici ratione: uno quidem modo ex parte formæ, qui est terminus mutationis: si. n. sit aliqua forma que recipiat magis & minus, successus acq. ritur subiecto, sicut sanitas. & ideo quia forma substantialis non recipit magis & minus, inde est, quod subito fit eius introductio in materia: alio modo ex parte subiecti, quod quandoque successus preparatur ad susceptionem formæ. & ideo aqua successi-

ARTIC. VII.

ue calefit: quando vero ipsum subiectum est in ultima dispositione ad formam, subito recipit ipsam, si cut diaphanum subito illuminatur. Tertio modo ex parte ageris, quod est infinita virtutis: ut statim potest materiam ad formam disponere: sicut dicitur Mar. 7. quod cum Christus dixisset, Ephetha, quod est adaperire, statim aperit, tunc aures hominis, & solutum est pinculum linguae eius. & his tribus rationibus haec conuersio est instantanea. Primo quidem, quia substantia corporis Christi, ad quam terminatur ista conuersio, non suscipit magis neque minus. Secundo, quia in hac conuersione non est aliquod subiectum, quod successive preparetur. tertio, quia agitur Dei virtute infinita.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quidam non
simpliciter concedunt, quod inter qualibet duoin
stantia sit tempus medium. Dicunt n. quod hoc est
locum in duobus instantibus, que referuntur ad cu
dem motum, non autem in duobus instantibus,
que referuntur ad diuersa; unde inter instans quod
mensura finem quietis, & aliud in instans quod in es
tate principium motus, non est tempus medium; sed
in hoc decipiuntur, quia unitas temporis & instantis,
act etiam pluralitas eorum, non accipitur secun
dum quosque motus, sed secundum primum mo
tum celi, qui est mensura omnis motus & quietis, &
ideo, alij hoc concedunt in tempore, quod mensurat
motum dependentem ex motu celi, sunt autem qui
dant motus ex motu celi non dependentes, nec ab
eis mensurati, sicut in prima parte dictum est ^{tunc} i. p. q. 13.
motibus angelorum: unde inter duo instantias illas,
motibus respondentia, non est tempus medium; sed
hoc non habet locum in proposito, quia quamvis illa
conuersio sibi non habeat ordinem ad motum ce
li, consequitur tamen prolationem uerborum, quam ne
cessitate est motu celi mensurari, & ideo necesse est in
ter qualibet duo instantias circa istam conuersione
signata, esse tempus medium, quidam ergo dicit, q
instans, in quo ultimo est panis, & instans in quo pri
mo est corpus Christi, sunt quidem duo per compara
tionem ad mensurata, sed sunt unum per comparatio
nem ad tempus mensurans, sicut cum duas lineas se
contingunt, sunt duo puncta ex parte diuaram linea
rum, unum autem punctum ex parte loci continentis; sed
hoc non est simile, quia instans & tempus, particu
laribus motibus non est mensura intrinseca, sicut li
nea & punctus corporibus, sed solum extrinseca, si
c ut corporibus locutus, unde alii dicunt, quod est id
instans re, sed aliud ratione, sed sibi hoc sequeretur, qd
realiter opposita essent simul, nam diuersitas rationis
non variaat aliquid ex parte rei. Et ideo dicendum
est, quod haec conuersio (sicut dictum est) perficitur
per verba Chri, quae a sacerdote proferuntur, ita q
ultimo instans prolationis uerborum, est primum
instans, in quo est in sacramento corpus Christi: in
toto autem tempore praecedente est ibi substancia pa
nis, cuius temporis non est accipere aliquid instans,
proximo praecedens ultimum, quia tempus non co
ponitur ex instantibus, consequenter se habentibus,
ut probatur 6.* Physi. Et ideo est quidem dare pri
mum instans, in quo est corpus Christi, non est autem dare
dare ultimum instans, in quo sit substancia panis, sed
est dare ultimum tempus. Et idem est in mutationi
bus naturalibus, ut patet per Philos. in 8. Physi. t
^{D. 741.}
^{In corpore.}

Ad SECUNDVM dicendum, quod in mutationib⁹ instantaneis simul est fieri & factum esse; sicut simul est illuminari & illuminatum esse: dicitur enim in talibus factum esse, secundum quod iam est: fieri autem secundum quod ante non sicut.